A ματεία, πότερον ὁ τῶν ἀγροίκων ἢ τῶν ἐν πόλεσιν ἀρχαιότερος βίος, ὑφ' εἵτις ἐγκωμιάζων τὸ ἐν ἀγροῖς ζῆν, τῷ Κρόνου βασιλέως γόνον ὑπάρχειν ἔλεξε τοὺς γεωργοὺς, δέον ταύτῃ τὴν μαρτυρίαν ὡς ἀληθεστάτην προφέρεσθαι. Ἅπαντες γὰρ ἡμεῖς οἱ θνητοὶ ἐσμὲν τῶν θεῶν
B τυγχάνομεν γενόμενοι· οὐ μέντοι κωλύουσι τὰ ἤθη, ἀλλὰ τὰ τῶν ἐθνῶν ἔθη, καὶ αὐτὴ ἡ αἴσθησις ἡ κοινὴ, τὸ ἀπ' αἰσχροῦ καλὸν, ἀλήτην ἀπὸ πλουσίου, χωλὸν ἀπ' ἀρτίου μὴ διακρίνεσθαι. Οὐδ' εἴτινες ἐν τοῖς γεωργοῖς πολὺ ἑτέραν θεραπείαν ἔχουσι, διὰ τοῦτο τὴν εὐγένειαν ἀπὸ
C αὐτοῦ τοῦ ἀρχεῖου ἀναγκαῖον εἰληφέναι· οὐ γὰρ ἧττον λήψονται ὄντες γεωργοὶ, ὥσπερ ἐν οἰκίᾳ πολυτελεῖ δού-

B. 2. ἡ αἴσθησις ἡ κοινὴ] Latiniſmus *ſenſus communis*, pro ὁ κοινὸς λόγος. Modo bene Græce ſcripſerat Δεῖν—Ἅπαντες γὰρ, *quum oporteat inde teſtimonium petere, quod omnes* cet. WYTT.

C. 2. λήψεσιν] Forte excidit δυλείας vel δυσγενείας. WYTT.

Verſ. Lat. col. 2. l. 11. Ecce autem] Nova hic eſt, monente in margine Interprete, Ariſtodemi exceptio. In MS. hæc deſiderantur uſque ad verba *aurigis nobilitates*. WOLF. Geographica hæc ex Plinio ſumſit: de Euganeis, iii, 20: de Moriſenis Sithoniiſque, iv, 18. temere tamen quod ad Sithonios ſolos refertur, cum Moriſenis communicat: de Heniochis, quos perperam nominat *Heniochoros*, eorum ab aurigis Ioſcurorum origine, et oppido Dioſcuriade, vi, 5. qua de re differit Strabo xi, p. 495 ſeq. WYTT.

bana: neque, ſi quis collaudans ruſticam vitam Saturni Regis ex ſtirpe agricolas eſſe dixit, hoc quaſi certiſſimum teſtimonium afferri debuit: ſumus quidem omnes mortales ſatu deorum procreati: nec tamen prohibent mores, prohibent inſtituta gentium, prohibet ipſe ſenſus communis, quin pulchrum a deformi, inopem a divite, claudum ab integro diſcernamus: nec, ſi inter agricolas alterius operæ præſtantiores, ideo ab iis neceſſe fuit, nobilitatem initium ſumere: neque enim minus deſinunt eſſe agricolæ, non minus quam in copioſa familia, ſervorum ſunt varia genera: et tamen ſervi atrienſes, ratiocinatores, qui ſunt a cyathis, qui ab epiſtolis ſervi, atque alii mediaſtini.

Ecce autem, ais, non ſolum nobilitatis nomen irrepſiſſe in certos homines, at in certas etiam in univerſum provin-

Digitized by Google

λων εἰσὶ γένη πολλά, καὶ δοῦλοι μιμῶνται, ὅ τε πρῳρά- A
της, καὶ οἱ ταμίαι, καὶ οἱ κυαθίζοντες, καὶ οἱ χαμμαλεῖς,
ἔτι δὲ καὶ ἄλλοι, ὥσπερ οἱ κληνόμοι.

Οὐδ' ἀπρεπὲς ἂν εἴη, ὅλῃ τινὶ εὐγένειαν ἐπιδείκνυσθαι, οὐχ ἧττον ἢ τινὶ χαλκαύγειαν. Οὐδ' ὅσοιπερ ἀπὸ τῶν Κάστορος διφρηλάτων γεγονέναι ἐρίζουσιν, εὐγένειαν B
ἐπιφαίνουσιν, ἀλλ' ἀρχικὸν μᾶλλον· οὐδ' ἄδοξοι, ἀλλ' ἐπιφανεῖς, ἔτυχον ἡνίοχοι τότε, ὅταν ἀφ' ἁρμάτων μόνον ἦσαν αἱ μάχαι, ἢ τῶν χελήτων ἠγνοεῖτο γραπτέα· ὅσα δὲ τούτων ἐπιδείγματα παρὰ τῷ Ὁμήρῳ; Ἀλλὰ μέμφῃ τί με τοὺς Πινδάρου ἀναγκαλεῖς; C

Ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος· ἐκ
Μιᾶς δὲ πνέομεν
Μητρὸς ἀμφότεροι.

A. 4. ὅλην τινὰ] Deeſſe hic in MS. vocem χώραν aut ſimilem ex verſione Lat. apparet. WOLF.

A. 5. ἢ] Forte legendum καί. WOLF. Legam ἢ ἡ τῶν καλ. videtur ἢ in antecedente μάχαι evanuiſſe. WYTT.

B. 4. ὅσα δὴ] Non inelegans, ſed huic loco minus aptum. Malim οἷα δή. WYTT.

C. 1. ἀναγκαλεῖς] MS. mendoſe ἀναγκαλεῖ. Memorat hic Plutarchus novam Ariſtodemi objectionem. Pindari locus exſtat Nem. vi. 1. 2. 3. WOLF.

cias, veluti cum Euganei ſeſe omnes nobilitate commendant. Moriſeni Sitoniique, qui plane rectius Orphei nomine gloriantur, quam qui incolunt Dioſcuriadæ oppidum, et Heniochori, qui ſe jactitant ab Amphyto Telquioque Caſtoris et Pollucis aurigis, nobilitatos.

Neque vero indecens fuerit, univerſam provinciam nobilitatem oſtentare, non minus quam probitatem, et integritatem; neque qui ſe aurigis Caſtoris et Pollucis ortos contendunt, nobilitatem oſtendunt, ſed originem potius: neque tam viles, imo vero clari aurigæ eo fuere tempore, quo ex curribus tantum pugnabatur, militia unius tantum equi ignota erat: cujus rei exempla innumera apud Homerum exſtant. Quorſum autem ad Pindarum me revocas, qui dicit

*Hominum genus idem eſſe, quod deorum,*
*Ex una parente utroſque ſpirare.*

Digitized by Google

A Ἀλλ' ἀπείρους τόπους ὁρᾶν ἔξι παρ' ἐκείνῳ τὺς νικῶντας, ἀπὸ τῆς εὐγενείας ἐγκωμιάζοντι, καὶ αὐτὸν Ἀλκιμίδην ἀπὸ τοῦ πάππου Πραξιδάμαντος, τοῦ Σωκλίδου μνήμην ἀνανεώσαντος, ὃν τῶν Ἀγησιμάχου υἱῶν ἀξιοχρεώτατον γενέσθαι φησί. Οὐδ' ἐπῆλθεν αὐτῷ κακολογεῖν
B τὴν εὐγένειαν, ἀλλὰ μᾶλλον παρεπέπειν ἅπαντας τοὺς ἀνθρώπους πρὸς τὸ τὰ τῆς σπουδῆς καὶ ἀρετῆς καλὰ καρποῦσθαι, ὅσοιπερ ἀπὸ τῶν Θεῶν γεγονότας μεμνῆσθαι ἀξιοῦσι. Οὐ γὰρ Ἡσιόδου εἵπετο τοῖς λόγοις, φάσκοντος ἐκ τῆς γῆς τὸν οὐρανόν, ἐξ οὐρανοῦ Κρόνον, ἐκ Κρόνου
C Δία πεφυκέναι. Ὁ δὲ Πίνδαρος σιωπᾷς οὐ πάντας

A. 1. τόπους] Latiniſmus pro *dictum*, ῥῆσις, ῥητὸν, ἀπόφασις. Græcis τόπος in hac re eſt non ipſum dictum, ſed locus libri in quo dictum exſtat, caput, ſectio, pars doctrinæ, argumentum ejus et materia. WYTT.

A. 2. Ἀλκιμίδην] MS. mendoſe *alκιμίσιν*, cujus vitii origo manifeſta eſt. Vide Pindari Odam laudatam in Antiſtroph. v. 1. WOLF.

A. 4. ἀνανεώσαντος] Vid. Pindar. l. c. Epod. v. 1. p. 122. ed. Schmidianæ. Confer notas p. 130. WOLF.

A. 4. υἱῶν] Quod ſcripſi pro ὑῶν, jubente ſenſu ipſo. Sic Pindarus ibidem p. 122. ὃς ὑπέρτατος Ἀγησιμάχῳ υἱὸς γένετο. WOLF. Eadem opera poterat reponere Ἀγησιμάχου. At ὑπέρτατος eſt πρωτεύτατος, ut ex Schol. monet Heynius. WYTT.

A. 5. ἐπῆλθεν] MS. mendoſe ἐθῆλθεν. WOLF.

A. 5. κακολογεῖν] MS. μὴ κακολογεῖν. Sed μὴ illud jam latet in antecedente οὐδέ. Itaque omiſi. Forte tamen Plutarchus duplici negatione de induſtria uſus eſt. WOLF. Sed et aliis in locis lapſus eſt, linguæ ignorantia, geminanda negatione. WYTT.

B. 4. Ἡσιόδου] Θεογον. v. 45. WOLF.

C. 1. Πίνδαρος] Nem. Od. vii. 7. ἀναπίσσειν δ' ἐχ ἅπαντας ἐοικὲ ἴσα. WOLF.

Quin potius innumeros ejus locos intuere, qui victores laudet e majorum nobilitate, et illum ipſum Alcimidem a Praxidamante avo, qui Soclidæ memoriam renovarit, quem Ageſimachi liberorum excellentiſſimum fuiſſe ait. Non autem in mentem illi venit, obtrectare nobilitati; potiuſque univerſos mortales hortari, et excitare ad induſtriæ fructus virtutiſque decerpendos, qui ſatu deorum ortos ſeſe meminiſſe poſſint. Non enim nugas Heſiodi ſecutus eſt, qui e Terra Cœlum, ex Cœlo Saturnum, ex eo Jovem genitum cecinit. Quam prudenter mox Pindarus non

ἐξ ἴσου ἅπαντας βίον μαρτυρεῖ σὺν τοῖς τῦ Σωγένους ἐγ- A
κωμίοις.

κα'. Μέχρι δὲ τίνος ἀπειθήσαλος ἔσῃ τὸ Ἰφικράτης ἀπόφθεγμα εὐλογήσας; τοιούτῳ δὲ κέχρηται ποτὲ καὶ ὁ Τύλλιος. Ὁ μὲν οὖν Ἰφικράτης ἀξιώσας τινὲ, ἑαυτὸν μὲν ἀφ' Ἁρμοδίυ γένος ἔχειν μεγαλαυχοῦντα, B ἐκείνῳ δὲ ὀνειδίζοντι τὸ εὐγενὲς, ἀλλὰ μέν τὸ μὲ γένος ἀπ' ἐμῦ λαμβάνει, ἦ ἀρχῆν, τὸ δὲ σὸν σὺ σοὶ λήγει. Τέτοις ἐκεῖνος τὲν μὲν εὐγένειαν οὐ κατέβαλεν, τὸ δὲ εὐγενὲς εἰκότως ἀνέκαμψεν εἰς τὸν ὀνειδίζοντα. Οὕτως δὲ δίκαιόν ἐϛι, τοὺς εὐγενεῖς τῆς αὐτῶν εὐγενείας ἀντιποιεῖσ- C θαι, ὥϛε μηδαμῶς αὐτὲς μὲν ἀλαζονεύειν, τὲς δὲ ἄλλους ἀποδηματίζειν, σὺν νόῳ ἔχοντας, ὡς καὶ αὐτοὶ κοινῇ

A. 1. Σωγένης] MS. Σωσιγένης mendose. Pindarus enim diserte Σωγένη appellat. WOLF.

A. 3. Ἰφικράτης] Iphicratis, rei militaris peritia celebrati, dictum hoc: ἐγὼ ἄρξω τοῦ γένους, refert Stobæus p. 493. WOLF. Ex Stobæo habet compilator noster, Stobæus ex Plutarcho, Apophthegm. p. 187, A. WYTT.

A. 4. εὐλογήσας] MS. in margine ἐπιφημίζων. Utraque vox proba est et scriptoribus in commendandi laudandique notione frequentata. Aristophanis Schol. ad Equit. p. 322. τὸ εὐλογῆσαι exponit per ἐπαινέσαι, ὑμνῆσαι, ὑπερμεῖσαι. WOLF.

B. 2. τὸ εὐγενὲς] Immo τὸ δυσγενές. WYTT.

C. 3. ἀποδηματίζειν] Inauditum, quod sciam, Græcis, Latinus homo effinxit e Latino infimæ ætatis verbo *degradare*. WYTT.

omnes nos ex æquo vitam transigere Sogenem laudans testatur.

XXI. Quousque vero tandem in Iphicratis verbo commendando, quod et recte a M. Tullio usurpatum est, nimius eris? Iphicrates quidem falsè in Armodii e familia sese ortum jactantem, eique ignobilitatem exprobrantem, hoc detorsit: *meum genus a me initium sumit, tuum autem in te finit.* Hoc ille cum dixit, non nobilitatem generis elevavit: sibi autem exprobrantem ignobilitatem jure refutavit. Ita enim æquum fuerit, nobiles nobilitatem suam tueri, ne illa freti nimium insolescant, alios vero de gradu dejiciant: meminerint quoque sese communi forte natos, et qui audire possint Eu-

Digitized by Google

A μείρακα σεφυκότες, ἢ ἀσμένως ἂν ἀκούσοντες τὸ Εὐριπίδειον ἐκεῖνο τοῦ Ἐκάβης·

Φεῦ, ὦ μῆτερ, ἥτις ἐκ τυραννικῶν δόμων
Δούλειον ἦμαρ εἶδες· ὡς πράσσεις κακῶς
Ὅσον σιρ εὖ ποτ· ἀνασκεύασας δί σε
B Φθίμου θεῶν τις τῆς παροιθ' εὐπραξίας.

Καὶ τοῦτό τῷ αὐτῷ οὐκ ἀνάρμοστα τοῦ Πολυνείκους·

Οὐδ' εὐγενειά σ' ἦρεν εἰς ὕψος μέγα;
Κακὸν τὸ μὴ ἔχειν· τὸ γένος οὐκ ἔσωσέ με.

Οὐ γὰρ μάχεται μὴν οὕτω τοιαῦτα τῇ εὐγενείᾳ, μᾶλλον
C δὲ, νὴ Δία, προτρέπεσι τοὺς ἐκ τῶν προγόνων δόξης ἀντιλαμβάνειν, σωτηρίαν, αὔξησιν· χαλεπὸν γὰρ ἡ δύσφημον τὸ τοῦ Ὀδυσσέως, ὅταν δικαίως εἰς εὐγενῆ ῥίπτῃ,

Σὺ δ' ὦ τὸ λαμπρὸν φῶς ἀποσβεσθὲν γένους,
Ἔκγονε, πρίγου πατρὸς Ἑλλήνων μεγάς.

D Οὐ γὰρ ἐκεῖνοι τοὺς ὀρχήστας γενόμενοι, ἅτε τοὺς τὰς ἡδονὰς, παιδιὰς, ἀφροδίσια, ἁρπαγὰς, ἀδικίας προφυ-

A. 1. Εὐριπίδειον] Hecub. v. 55. sqq. WOLF.
B. 3. Οὐδ' εὐγενειά] Phœniss. v. 407. WOLF.
C. 4. Σὺ δ' ὦ] Est Sophoclis e Scyriis apud Plutarchum Opp. Mor. p. 34, D. et 72, E. unde noster sumsit: et ego Græcis addidi omissum in codice. WYTT.

ripideum illud Polydori ad Hecubam matrem:

*O Parens, quæ regia*
*Genita domo servis, ut infelix agis,*
*Quantum prius numquam; Deum quis te bona*
*Ex ante fortuna malis conflcit veriens?*

Nec vero Polynicis apud eumdem insulsa illa:

*Jo. Non te generis evexit ad summum decus?*
*Po. Malum carere est, nam genus non me aluit.*

Talia non oppugnantis sunt nobilitatem, imo per Jovem excitantis ad majorum decus tuendum, conservandum, augendum. Grave enim, per inquam, grave videtur illud, cum recte confertur in nobilem:

*Tu splendidum natalium obscuram decus*
*Lanam trahis, patre natus Argivum optimo.*

Non enim illi ad choreas nati, non ad oblectationes, lusus, res Venereas, rapinas, injurias aliis inferendas editi:

κότες· ἀλλὰ πρὸς μὲν τὴν ἀρετὴν, πόνον, ἀσκησιν, A
τὴν πρὸς τῶν πολιτῶν σωτηρίαν· πρὸς δὲ τὸ δήμου πολιτικὰς ὠφελείας εἰκότως πρέπον αὐτοὺς οὐ μόνοις σφισὶν αὐτοῖς φαινομένους πεφυκέναι. Τούτοις δὲ φαναι πρόσηκε τὰ ὑπὸ τοῦ Σατύρου τῇ Παλλάδι λεχθέντα πρὸς τὴν αὐλητικὴν ἄγαν δ'που τερπομένῃ. Ἀλ- B
λὰ πατρῴας μεμνημένους εὐγενείας ἐς ταύτην ἐσιδεῖν, ταύτῃ ἥδεσθαι, πρὸς ταύτης αὔξησιν προτρέπεις ὑπάρχειν, καὶ τῇ ἑτέρᾳ ἐκείνῃ τῆς ψυχῆς εὐγενείᾳ ἐπιφανεῖς ποιεῖσθαι δεῖ. Ἐπὶ δὲ πρὸς ἐκεῖνο τὸ σωφρονέστατον προσῆκε ἀναβλέπειν, προσέχειν δὲ τὸν νοῦν, ὅπως ἑαυτοῖς C
ἁρμόζῃ τὰ πρὸς Ἑρμοῦ λεχθέντα πρὸς Πριάμου,

— εἷος δὴ σὺ δόμας τε εἶδος ἀγητὸς,
Πίτνυσαί τι σθένος, μαιάων δ' ἐξ ἐσσὶ τοκήων.

Καὶ δικαίως οἷοί τε ὦσι προφέρειν τὸ Ὀδυσσέως πρὸς Πηνελόπην, τῆς ὀλεθρίας ἡδονῆς ἡττηθείσης·

C. 2. Πριάμου] Iliad. ω'. v. 375. WOLF.
C. 6. Πηνελόπην] Odyss. ι'. v. 31. WOLF.

potius ad virtutem, laborem, tuendos in officio cives, populares juvandos: merito ut, qui plus, quam deceat, sibi ipsis solum nati videantur, jure, quæ a Satyro audiit Pallas, cum tibia oblectaretur, audire possint

*Haud te decet forma ista, mitte tibias,*
*Sume arma, buccas, ut decet, componito.*

Sed moniti nobilitatis paternæ, hanc intueri, hac se oblectare, huic augendæ incumbere debent, seseque altera illa nobilitate insignire, ad illudque subinde respicere Poetæ peritissimi:

*Non decet ut Hector pronus incumbere lectis*
*Ille velit clarus, fixurque insidere plumis.*

Illudque Priami de Mercurio elogium ut in eos competat, curent diligenter:

*Corporis admiranda tui est species, sapis atque*
*Mente simul: satus es majorum stemmate claro.*

Jure quoque Ulyssis illud ad Penelopen proferre possint, voluptate pestifera superata:

Digitized by Google

A Ὡς δ' αὖτως Κίρκη κατερήτυεν ἐν μεγάροισιν
Αἰαίη, δολόεσσα, λιλαιομένη πόσιν εἶναι,
Ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν.

Ὡς δὲ εὐπρεπὲς, οὐχ ὑπὸ τῶν κολάκων ἀλλὰ καλῶν τε καὶ ἐπαινετῶν ἀνδρῶν ἀκούειν, ὅπερ ἀκήκοεν Ἕκτωρ
B ὑπὸ τοῦ Πολυδάμαντος

Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα,
Ἄλλῳ δ' ὀρχηστύν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν,
Ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι τίθει νόον εὐρύοπα Ζεὺς
Ἐσθλόν, τοῦ δέ τε πολλοὶ ἐπαυρίσκονται ἀνθρωποι,
C Καί τε πόλεις ἐσάωσι, μάλιστα δέ κ' αὐτὸς ἀνίγνω.

Καὶ τοῦ αὖ·

Λαῶν οἷσιν ἄνασσε, πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν.

Ἀλλὰ παρ' Εὐριπίδῃ, φὴς, οὐχ' Ἡλέκτρα δικαίως χλευάζει τὴν εὐγένειαν; λέγουσα, τὸν ἔνδοξον Ἀγα-
D μέμνονα, εἰ ἄρα ἔνδοξον, ἐξ Ἀτρέως γεγονέναι· καὶ δικαιοῦν τὴν Ταντάλου τοῦ Διὸς αἰκίαν, τιμωρουμένων τῶν θεῶν. Ἀλλὰ μὴν οὐ δικαιόν ἐστι τὴν ἑνὸς ἢ δυοῖν ἀλα-

B. 1. Πολυδάμαντος] Iliad. ν'. v. 730. WOLF.
C. 3. Λαῶν] Odyss. ι'. v. 12. Conf. β'. v. 234. WOLF.
C. 4. παρ' Εὐριπίδῃ] Immo παρ' Εὐριπίδῃ. WYTT.
D. 1. ἐξ Ἀτρέως] Euripid. Oreste v. 15. WOLF.
D. 2. Ταντάλου] Eurip. ibid. v. 7. WOLF.

*Sic itidem Circes retinebar in ædibus altis,*
*Conjugii tædas cuperet dum, meque maritum.*
*Ast animum potuit nequaquam flectere noſtrum.*

Quam enim præclarum, non ab aſſentatoribus, at ex animo a probis laudatiſque viris audire, quod audiit Hector a Polydamante?

*Namque alii Deus ut curæ ſint Martia factâ,*
*Alii dedit, ut ſapiat, ſit providus, atque*
*Cum ſibi tumque aliis, ac oppida ſervet ab hoſte;*
*Atque hæc ipſe tenes in primis, optime ductor.*

Et illud ejuſdem:

*Ceu miris pater hic populo imperitare ſolebat.*

At apud Euripidem, ais, Electra an non jure ridet nobilitatem? dum ex Atreo illuſtrem (ſi modo illuſtrem) Agamemnonem ait natum? Dumque Jove nati Tantali pœnam refert? Sed enim non unius aut alterius inſolentiam



Digitized by Google

ζονείαν τῇ εὐγενείᾳ πεφύκματα παρέχειν. Οὐδ' ἐκείνη Α
φησὶ τὰς ἀτυχίας ὀνειδίζειν, ἢ φάσκουσα δὲ μιδὲν κα-
κὸν, μιδένα νόσον εἰ), οὗ τὸ φορτίον οὐ φέρη ἡ τῶν ἀν-
θρώπων φύσις, εἰς τὴν ἀνθρωπίνην μᾶλλον εἰσέβλεπε
μοῖραν. Οὐ κακίζει δὲ ὁ Ἀρχίλοχος·

— Τοῖος ἀνθρώποισι γὰρ Β
Θυμὸς, Γλαῦκε, Λεπτίνεω παῖ, γίνεται θνητοῖς,
Ὁκοῖον Ζεὺς ἐφ' ἡμέραν ἄγει.

Τὸ Αἰσώπου βατραχίδιον πρὸς τὴν μητέρα ἐξογκω-
μένην καὶ ἐρωτῶσαν, εἰ ὁ τοὺς ἀπούσης αὐτῆς γόνους
βεβορὼς μείζων ἦν, ἀπεκρίνετ' οὐδ' εἰ μέση διαῤῥαγῆς, C
φησὶν, ὦ μῆτερ, ἐκείνῳ τύχης ἴση. Οὕτως οὐδ' οἱ ἀγενεῖς
λεγέτωσαν ὅσα βούλονται, βασκαινέτωσαν τῇ εὐγενείᾳ,

A. 2. φάσκουσα] Electræ apud Euripid. Oreſte v. 1. ſqq. hæc verba ſunt:
Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν οὐδ' αἰσχρὸν βροτοῖς,
Οὐδὲ παίδες, οὐδὲ ξυμφορὰ θεήλατος,
Ἥτις οὐκ ἂν ἄρειτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις. WOLF.

A. 3. τὸ φορτίον] MS. in marg. habet ἄχθος. Scilicet ea voce utitur Euripides l. c. WOLF.

A. 5. Ἀρχίλοχος] Refert hoc Archilochi dictum Laertius ix. 71. ubi vide Interpretes, et inprimis Menagium p. 430. Debet hanc ſententiam Archilochus Homero, apud quem exſtat Odyſſ. σ'. v. 136. ad quem commentatur Duportus in Gnomologia Homerica, p. 252. De eadem proſtat ſingularis Diſſertatio Merici Caſauboni, quæ cum Iſaaci, Patris, Epiſtolis recuſa eſt ab Almeloveenio. WOLF. Rectius omiſſo γὰρ duos in verſus Τοῖος—Γίνεται: ut apud alios legitur. WYTT.

B. 4. Αἰσώπου] Apud Phædrum i. 24. WYTT.

C. 3. λεγέτωσαν ὅσα βούλονται] Manifeſto Latinum, et Græcis ignotum dicendi genus. *Ita neque ignobiles dicant quidquid velint,—nobilibus præſtantio-*

nobilitati nocere æquum fuerit: nec illa ſe ait exprobrare infortunia. Cumque refert, multum eſſe malum aut morbum, cujus non ferat onus hominis natura: ad communem hominum ſortem potius reſpexit. Nec vero peſſime Archilochus:

— *Talis hominibus enim*
*Animus ineſt, O Glauce, Leptina ſate,*
*Mortalibus, qualem in dias Deus excitat.*

Ranuncula Æſopica, matre intumeſcente, et rogante, majorne eſſet, qui, ſe abſente, voraſſet partus ſuos: Non ſi media dirumparis, mater, æqualis illi eris, reſpondit. Ita nec ignobiles dicant, quod volent, detrahant nobilitati, obloquantur. Numquam ſupe-

Digitized by Google

A οὐδέποτε τῶν εὐγενῶν κρείττονες ἔσονται, οὔτε πάρισοι, μὴ πεφύργου ποιήσαντες τ' ἀρετῷ. Πόθεν δή; ἢ ἐξ ἴσης ἀνθρώπων μοίρας; ἢ φύσῃ τινί; ἢ τοῖς Αἰσωπικοῖς μύθοις πάλιν πεσέχοντες, τὰ ἡ ἐργάτις ἡμέρα τῇ ἑορτῇ ἀντήρητο, ὡς ὑφ' αὑτῆς ἐπιπεπονημένων ῥαθύμως
B ἀφ' λαιμαργίας ἀναλίσκουσαν· πρὸς αὐτὴν ἡ ἑορτή, Φέρε δή, ἔφη, τὰς μοίρας ἀλλήλαις μεταβάλλωμεν. Ἡ δ' ἀπέκρινεν, ὑ θέμις, τὸν τοῦ Διὸς ἐπιτελούμενον μοι τῶν ἱερῶν κλῆρον καταλείπειν. Συμφέρειν τῷ Διὶ ἐκ τῶν μυστηρίων ἀποτρέπειν τὸν βέβηλον ὄχλον.

Λείπει τὰ ἑξῆς.

*res erunt.* Hoc enim voluit ſcriptor. At Latinus Interpres conſtructionis pravitatem celavit. WYTT.

A. 1. κρείττονες ἔσονται] MS. in marg. ἔσονται ἤτε κρείττους. Res eodem redit. Noſtram lectionem expreſſit Interpres Latinus. WOLF.

A. 2. πεφύργου] MS. mendoſe πεφῦργον. WOLF.

Verſ. Lat. col. 1. l. 5. Genio aliquo] Quæ in verſione ſequuntur, a MS. abſunt. Alludit noſter ad Heſiodi Ἔργ. καὶ Ἡμερ. v. 3. 4.

Ὅττῃ δὲ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς ἀφατοί τε φατοί τε
Ῥητοί τ' ἀῤῥητοί τε, Διὸς μεγάλοιο ἔκητι. WOLF.

A. 3. Αἰσωπικοῖς] Hac fabula Themiſtocles uſus dicitur, apud Plutarchum pluribus locis: Vita Themiſtocl. p. 121, B. Opp. Mor. 270, B. 320, E. At noſter compilator eam inficete mutando, acumine ſpoliavit. In τὰ apparet vitium: forte ſcriptum fuerat λέγωμεν ἃ ἡ ἐργάτις.— Wolfius inficetias etiam auxit, inferciendo illo πρὸς αὐτὴν ἡ ἑορτή, quod ſententiam jam per ſe laborantem plane pervertit. WYTT.

A. 4. ἡ ἐργάτις ἡμέρα] MS. ita: ἡ ἐργάτις ἡ ἐργάσιμος ἡμέρα. Delevi ἡ ἐργάσιμος tamquam ſcholion vocis ἐργάτις. WOLF.

B. 1. ἀναλίσκουσαν] Structura ſermonis requireret ἀναλισκούσῃ. Refertur enim ad antecedens ἑορτῇ. WOLF.

B. 1. πρὸς αὐτὴν ἡ ἑορτή] Recepi hæc in contextum, quæ ad oram MS. tamquam h. l. inſerenda, ſcripta erant. WOLF. Male. WYTT.

riores erunt nobilibus, non æquales, niſi virtutis ſpecimen ediderint. Unde id tandem? An inæquali ſorte hominum? an Genio aliquo? an Jovis magni conſilio, ut ait Heſiodus, accidit, ut alii obſcuri, alii inclyti ſint? an (ut ad fabulas Æſopicas redeamus) cum feſto diei profeſtus inſultaret, et, quæ ſummis laboribus quæreret, illum per ſocordiam atque ingluviem conſumere quereretur, ferret hanc conditionem? mutarent ſortem, ex profeſto feſtus fieret. Reſpondit, a Jove ſortem ſacrorum ſibi commiſſam, nefas eſſe relinqui: intereſſe Jovis, procul arceri a myſteriis prophanum vulgus.

*Deſunt reliqua.*



Digitized by Google

Digitized by Google

# ΠΕΡΙ ΠΟΤΑΜΩΝ.

Digitized by Google

## NOMINA FLUVIORUM.

HYDASPES.
ISMENUS.
HEBRUS.
GANGES.
PHASIS.
ARAR.
PACTOLUS.
LYCORMAS.
MÆANDER.
MARSYAS.
STRYMON.
SAGARIS.
SCAMANDER.
TANAIS.
THERMODON.
NILUS.
EUROTAS.
INACHUS.
ALPHEUS.
EUPHRATES.
CAICUS.
ACHELOUS.
ARAXES.
TIGRIS.
INDUS.

Digitized by Google

1149

# ΠΕΡΙ ΠΟΤΑΜΩΝ

ΚΑΙ

## ΟΡΩΝ ΕΠΩΝΥΜΙΑΣ,

ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΑΥΤΟΙΣ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΩΝ.

# DE FLUVIORUM

ET

## MONTIUM NOMINIBUS,

ET DE IIS QUÆ IN ILLIS INVENIUNTUR.

## A.

### Υδασπης.

α'. ΧΡΥΣΙΠΠΗ ἀφ' ἡλίων Ἀφροδίτης εἰς ἐπιθυμίαν ἐμπεσοῦσα τῷ γενησαντος Ὑδάσπου, καὶ μὴ φέρουσα τὰς παρὰ φύσιν ἔρωτας, νυκτὸς

A. 1. ΠΕΡΙ ΠΟΤΑΜΩΝ] Suſtuli nomen Plutarchi vulgo præfixum huic libello; qui vel eumdem, vel certe geminum et plane ſimilem, habet auctorem atque Parallela. Ad hunc *de Fluminibus* recenſendum emendandumque adhibuimus has Editiones: principem Baſileenſem 4to. apud Frobenium 1533: Toloſanam 8vo. 1615, cum Philippi Jacobi Mauſſaci notis et Latina interpretatione, quam nos interpretationem in hac

I.

HYDASPES.

I. CUM Chryſippe, Veneris ob iram, in parentis Hydaſpis deſiderium incidiſſet, et amorem quo præter naturam tenebatur, nequiret cohibere, profunda nocte

Digitized by Google

βαθείας, τῷ παρειμένῳ σωμῆλθεν, τῆς τροφῆς σωμελθούσης. Οὐκ εὐτυχήσας δὲ περὶ τοῦ συμβεβηκότων ὁ βασιλεὺς, τὴν μὲν ἀνεψιὰν σωσαν αὐτὸν γεγωῶ ζῶσαν κατέχουσεν· τὴν δὲ θυγατέρα σταυρώσας, ἀφ' ὑψηλοῦ B ὑποβολίω, ἔρριψεν ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν Ἰνδὸν, ὃς ἀπ' αὐτῆ Ὑδάσπης μετωνομάσθη· ἔστι δὲ τῆς Ἰνδίας νεανικῶς καταφερόμενος εἰς τὴν Σαρωνιτικὴν Σύρτιν.

β'. Γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ λίθος Λύχνις καλούμενος· ἐλαιώδης δὲ ὀσὶ τῇ χρόᾳ, καὶ ζεστὸς πάνυ· Σελήνης δὲ αὐξομένης, εὑρίσκεται τοῖς μελῳδίαν αὐλῶν· χρῶνται δὲ οἱ ἐν ἀγορᾷ τυγχάνοντες αὐτῷ.

γ'. Εὑρίσκεται δὲ αὐτοῦ παρὰ τὰς καλουμένας Πύ- 1150

nostra Editione retinuimus: Oxonienſem Jo. Hudſoni 8vo. 1703, in Volumine II Geographorum Minorum, cum Diſſertatione H. Dodwelli, qui judicio de auctore libelli, Mauſſacum multis partibus ſuperavit: item Latina Verſione A. Turnebi, Opp. T. II.

A. 14. συμελθούσης] Legendum συμπαρούσης, ut monuit jam T. Hemſterhuſius Obſerv. Miſc. Vol. IV. p. 284.

A. 15. Οὐκ εὐτυχήσας] Κατηχηθείς, *edoctus, poſteaquam comperiſſet*, corrigendum cenſuit idem T. H. Obſ. Miſc. loco memorato. Verbum frequens huic ſcriptori, et ſimili de re in Capite de Pactolo, item de Lycorma, de Eurota.

B. 5. Λύχνις] Λυχνίτης malint Mauſſacus ad h. l. et Salmaſius Exerc. Plin. p. 777.

B. 6. ζεστὸς] Rarum, nec tamen corruptum.

B. 8. οἱ ἐν ἀγορᾷ τυγχάνοντες] Recte vertit Mauſſacus: Turnebus, *artifices* redditos, aliud legiſſe videtur.

cum nutrice comite convenit. Rex vero ob ea quæ contigerant infelix, anum quæ inſidias ſibi paraverat, vivam ſepeliri juſſit, et filia in crucem ſublata, præ mœrore extremo ſe præcipitem dedit in fluvium Indum, qui ab eo poſtea denominatus eſt Hydaſpes. Indiæ autem fluvius eſt vehementius influens in Syrtem Saroniticam.

II. Naſcitur in eo lapis Lychnis vocatus, qui olei colorem præ ſe fert, valdeque fervidus eſt. Invenitur ille, adoleſcente Luna, ad cantum tibiarum: et uſui eſt excellentioribus.

III. Occurrit ibidem pro-

Digitized by Google

λας βοτάνη, παρόμοιος Ἡλιοτρόπιῳ· ταύτην λειοτριβοῦντες, τῷ χυλῷ τοῖς καύμασιν ἀλείφονται, καὶ φέρουσιν ἀκινδύνως τῆς θειοτέρας θερμασίας τὴν ἀναθυμίασιν.

δ'. Οἱ δὲ ἐγχώριοι, τὰς ἀσεβῶς ἀναστρεφομένας παρθένους ταυρείῃς περιπλώσαντες, εἰς αὐτὸν βάλλουσιν, τῇ σφῶν ἐπιχωρίῳ τὸν Ἀφροδίτης ὕμνον ᾄδοντες.

ε'. Κατορύσσουσι δὲ καὶ ἐνιαυτὸν γεγωὼς καταχθόνιον, παρὰ τὸν ὀνομαζόμενον λόφον Θηρόγονον· ἅμα γὰρ τὴν πρωτοβύτην ἑρπετῶν πλῆθος ἐκ τῆς ἀκφορείας ἐξέρχεται, καὶ
B τὰ περιπάμενα τῶν ἀλόγων ζώων κατεσθίει· καθὼς ἱστορεῖ Χρύσερμος ἐν π' Ἰνδικῶν. Μέμνηται δὲ τούτων ἀκριβέστερον Ἀρχέλαος ἐν ιγ' περὶ Ποταμῶν.

ς'. Ὑπόκειται δὲ αὐτῷ ὄρος Ἐλέφας καλούμενον,

A. 10. ἅμα γὰρ τὴν πρωτοβύτην] Ita omnes Editiones, excepta Græco-Latina Anni 1624, quæ habet ἅμα γὰρ πρὸς τὴν πρωτοβύτην, fuſcepta præpoſitione ex interpretationibus, ut videtur, Turnebi et Mauſſaci. Equidem putem ſcriptum fuiſſe ab auctore, ἅμα γὰρ τῷ κατοχύπλεσθαι τὴν πρωτοβύτην.

B. 1. τῶν ἀλόγων ζώων] In ſcriptore diſerte ac recte ſcribente corrigerem τῶν ἄλλων ζώων: ſed huic balbutienti iſtud relinquendum videtur. Simile enim eſt in Capite de Inacho, ubi Mauſſacus hanc dictionem tueri ſtudet, docens ſcilicet ita Latinis dici *muta animalia*.

pe Pylas quas vocant, herba ſimilis Heliotropio: cujus contritæ ſucco contra ſolis æſtus unguntur, et ſine periculo quantumvis magnæ caliditatis exhalationem ferunt.

IV. At indigenæ, virgines quæ non caſte vixerint, clavis cruci affigunt, et in hunc fluvium dejiciunt, dialecto vernacula Veneris hymnum canendo.

V. Defodiunt et vetulam condemnatam quotannis juxta verticem Therogonum. Illuc enim reptilium multitudo ad vetulam ex cacumine ſtatim accedit, et quæ circumvolant muta animalia devorat, ut narrant Chryſermus libro Rerum Indicarum octogeſimo, et Archelaus qui diligentius de his egit libro xiii. de Fluminibus.

VI. Adjacet vero huic fluvio mons, Elephas: qui ob

Digitized by Google

δι' αἰτίαν τοιαύτην· Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος μετὰ στρατεύματος εἰς Ἰνδίαν ἐλθόντος, καὶ τῶν ἐγχωρίων χρίσιν ἐχόντων ἀντιπολεμεῖν αὐτῷ, Πώρου τοῦ βασιλέως τῶν τόπων Ἐλέφας αἰφνιδίως οἰστρηλὴξ γενόμενος, ἐπὶ τὸν Ἡλίου λόφον ἀνέβη, καὶ ἀνθρωπίνῃ φωνῇ χρησάμενος, εἶπεν· "Δέσποτα βασιλεῦ, τὸ γένος ἀπὸ Γηα- "σίου καταγων, μηδὲν ἐξ ἐναντίας Ἀλεξάνδρου ποιή- "σῃς· Διὸς γὰρ ἐστὶν Γηάσιος· καὶ τελέσας τὸν λόγον C "ἔθανεν." Ἀκούσας δὲ τούτων ὁ Πῶρος, ψοφοδὴς τῷ Ἀλεξάνδρου γόνασιν προσέπεσεν, εἰρήνην αἰτούμενος· τυχὼν δὲ ὧν ἤθελεν, τὸ ὄρος Ἐλέφαντα μετωνόμασεν· καθὼς ἱστορεῖ Δέρκυλλος ἐν γ' περὶ Ὀρῶν.

## B.

### Ισμηνος.

α'. Ἰσμηνὸς ποταμός ἐστι τῆς Βοιωτίας κατὰ πόλιν Θήβας· ἐκαλεῖτο δὲ τὸ πρότερον Κάδμου πους, ἀπ' αἰτίας τοιαύτης. Κάδμος τὸν χρυσοφύλακα Δρά- D

hanc cauſſam ita vocatus: Cum Alexander Macedo in Indiam veniſſet cum exercitu, et indigenæ ei totis viribus reſiſtere decernerent, Elephas Pori illius regionis rex derepente œſtro percitus Solis collem aſcendit, et vocem humanam depromens, in hæc erupit, *Domine Rex, qui a Gegaſio familiam ducis, ne quidquam contra Alexandrum ſuſcipias: Jovis etenim eſt Gegaſius:* et abſoluto ſermone occubuit. Quibus auditis Porus ſupplex Alexandri genua amplexus eſt, pacem expetens: quam cum conſecutus eſſet, montem illum Elephantem nominavit, ut teſtatur Dercyllus libro iii. de Montibus.

## II.

### Ismenus.

I. Iſmenus fluvius eſt Bœotiæ juxta Thebas: qui prius fuit nuncupatus Cadmi pes, hac de cauſſa. Cum Cadmus ſagittis confixiſſet Draconem qui fontem cuſtodiebat, et a-

Digitized by Google

κοπτα τοξεύσας, ᾗ εὑρὼν ὕσατερ πεφαρμακυμένον φόβου τὸ ὕδωρ, ἀπῆρχετο τὴν χώραν ζητῶν ἀπηλιώτην. γενόμενος δὲ κατὰ τὸ Κωρύκιον ἄντρον, κατὰ μηνυσιν Ἀθηνᾶς, τὸν δεξιὸν πόδα βαθύτερον εἰς τὸν πηλὸν ἤρεισεν· ποταμοῦ δὲ ἀναδοθέντος ἐκ τοῦ τόπου, ὁ ἥρως βουθυτήσας, Κάδμου ποδὰ προσηγόρευσεν αὐτόν. Μετὰ δὲ τινα χρόνον, Ἰσμηνὸς Ἀμφίονος καὶ Νιόβης παῖς ὑπὸ Ἀπόλλωνος τοξευθεὶς, καὶ ἀλγηδόνι συνεχόμενος, ἑαυτὸν ἔβαλεν εἰς τὸν προειρημένον ποταμὸν, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἰσμηνὸς ὠνομάσθη· καθὼς ἱστορεῖ Σώστρατος ἐν β' περὶ Ποταμῶν.

β'. Παρέκειται δὲ αὐτῷ Κιθαιρὼν ὄρος, ὀνομαζόμενον δὲ πρότερον Ἀστέριον, δι' αἰτίαν τοιαύτην. Βοιωτοῦ τοῦ Ποσειδῶνος, ἐκ δυοῖν γυναικῶν τῶν ὀπτοσήμων,

D. 2. ὕσατερ] Delendum videtur ut ortum ex proximis literis antecedentis et sequentis vocis.

D. 2. φόβου] Ita omnes Editiones: sola Gr. Lat. A. 1624, φόβου. At in promtu est verum φόνου cruoris, tabi, quod monuerunt J. Rutgersius Var. Lect. iii. 12. et Th. Reinesius Vol. i. 1.

D. 4. Κωρύκιον] Retinui cum Hudsono ex Basiliensi et Interpretationibus Turnebi et Mauffaci: at hujus Græcus contextus ac tres Græco-Latinæ editiones habent Κωρύνιον.

D. 6. ἐκ τοῦ τόπου] ἐκ τοῦ τύπου, probabilis est correctio Bernardi ad Thom. Mag. p. 464.

quam veneno ejus infectam cerneret, circuivit regionem, alium fontem quo sitim levaret, quærens. Appulsus vero ad antrum Corycæum Palladis beneficio, dextrum pedem altius in limum defixit: unde exortum est flumen, quod a Cadmo postquam sacrificia peregisset, Cadmi pes vocatum fuit. Pauco post tempore Ismenus Amphionis et Niobes filius, ab Apolline sagitta confossus, cum dolore opprimeretur, se in id præcipitem dedit, et ab ipso Ismenus tandem dictum fuit, ut narrat Sostratus in secundo de Fluminibus.

II. Adjacet vero ipsi mons Cithæron, prius Asterius ideo vocatus, quod cum Bœotus Neptuni filius ex duabus nobilibus mulieribus eam quæ

Digitized by Google

θέλοντος γῆμαι τὴν ὠφελιμωτέραν, καὶ ἐν ταῖς ἀκρωρείαις λόφου τινὸς ἀνωνύμου, νύκτωρ θεωμένου ἀμφοτέρας, ἀστὴρ ἔπεσεν τῆς Εὐρυθεμίστης ὤμοις, καὶ ἀφανὴς ἐγένετο. Βοιωτὸς δὲ τὸ σημαινόμενον νοήσας, τὴν μὲν κόρην ἔγημε, τὸ δὲ ὄρος ὠνόμασεν Ἀστέριον ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος. Ὕστερον δὲ ἐκλήθη Κιθαιρὼν δι' αἰτίαν τοιαύτην. Τισιφόνη μία τῶν Ἐριννύων, εἰς ἐπιθυμίαν ἐμπεσοῦσα παιδὸς εὐπρεποῦς, Κιθαιρῶνος τοὔνομα, καὶ μὴ φέρουσα τὴν ἐπίτασιν τῶν ἐρώτων, λόγους αὐτῷ θεὶ σαυόδων ἀπέστειλεν· ὁ δὲ τὸ καταπληκτικὸν τῆς θεσπιμήνης φοβηθείς, οὐδὲ ἀποκρίσεως αὐτὴν ἠξίωσεν· ἡ δὲ ἀποτυχοῦσα τῆς θεσπιρέσεως, ἐκ τῶν πλοκάμων ἕνα τῶν δρακόντων ἀπέσπασεν, καὶ ἐπὶ τὸν Κιθαίρωνα ἔβαλεν· ὁ δὲ ὄφις τοῖς κόλποις θεισφύξας αὐτὸν, ἀνεῖλεν, Ἀστερίῳ ποιμαίνον- F 1131

E. 5. ἔπεσεν] Legendum ἐπέστευν: certe ab auctore ita ſcribendum erat.
A. 1. Ἀστερίῳ ποιμαίνοντος] Mauſſacus corrigi vult Ἀστέριον ποιμαίνοντα: hoc rectius ſane erat: rectius etiam fuerat, αὐτὸν ποιμαίνοντα. At non omnia rectiora huic ſcriptori obtrudenda.

ſibi utilior videbatur, ducere vellet, et in cacumine collis cujuſdam innominati nocte utramque exſpectaret, derepente ſtella de cœlo delata cecidit in humeros Eurythemiſtes, et evanuit ſtatim. Ille vero prævidens quid illud portenderet, puellam duxit, et montem Aſterium ab illo caſu denominavit: quem poſtremo Cithæronem vocarunt, ob hanc cauſſam: Cum Tiſiphone Erinnyum una Cithæronis pulcherrimi pueri amore correpta eſſet, et eum occultare nullo modo poſſet, illius congreſſus auſa eſt petere. At Cithæron furiæ horrorem exoſus, ne quidem dignatus eſt ei reſponſum dare: unde vana ſpe deluſa e crinibus ſerpentum unum avulſit, et in ſuperbum juvenem projecit, quem ſerpens nexibus ſuis conſtringens interemit, in Aſterii montis cacuminibus greges tunc temporis paſ-

Digitized by Google

τος ὁ ταῖς ἀκροωρείαις. Κατὰ δὲ τοξόνοιαν θεῶν, τὸ ὄρος ἀπ' αὐτῆς μετωνομάσθη Κιθαιρῶν· καθὼς ἱστορεῖ Λέων ὁ Βυζάντιος ἐν τοῖς Βοιωτιακοῖς.

γ'. Ἑρμησιάναξ δὲ ὁ Κύπριος ἱστορίας μέμνηται τοιαύτης. Ἑλικὼν καὶ Κιθαιρὼν ἀδελφοὶ τυγχάνοντες, διαφόρους ἔσχον τοὺς τρόπους τοὺς διαθέσεις· ὁ μὲν γὰρ Ἑλικὼν πραότερος ὑπάρχων καὶ τοξόνοιος, συμπαθῶς γηροβοσκεῖ τοὺς γονεῖς· ὁ δὲ Κιθαιρὼν πλεονέκτης τυγχάνων, καὶ θέλων εἰς ἑαυτὸν μεταστῆσαι τὴν οὐσίαν, τοξότην μὲν ἐφόνευσεν τὸν γεννήσαντα, τὸν δὲ ἀδελφὸν, ἐξ ἐνέδρας καταχρημνίζων, καὶ αὐτὸς συγκατωλίσθη· Β χῦ δὲ θεῶν τοξόνοιαν, εἰς ὁμώνυμα ὄρη μεταμορφωθέντες, ἐγένοντο· Κιθαιρὼν μὲν διὰ τὴν ἀσέβειαν, Ἐριννύων μῦθος· Ἑλικὼν δὲ, διὰ φιλοτεχνίαν, Μουσῶν ἐνδιαίτημα.

A. 9. γηροβοσκεῖ] Malim ἐγηροβόσκει. Oratio diligentior vetuſtiorque ex ipſo Hermeſianacte repetita.

B. 1. μεταμορφωθέντες, ἐγένοντο· Κιθαιρὼν μὲν] Ita interpunxi. Vulgo, μεταμορφωθέντες ἐγένοντο· Κιθαιρὼν μὲν—.

B. 2. μῦθος] Credam ab Hermeſianacte ſcriptum fuiſſe μυχὸς, receſſus, ſpecus, quod concinnius opponatur ſequenti ἐνδιαίτημα.

centem. Diis autem ita volentibus mons ille ab eo vocatus eſt Cithæron, ut auctor eſt Leo Byzantius in libris Rerum Bœoticarum.

III. At Hermeſianax Cyprius hanc hiſtoriam refert: Helicon et Cithæron fratres diverſis erant moribus præditi: Helicon enim dulcis et benignus parentes ſeniores humaniter nutriebat: Cithæron vero paulo avidior et corradere omnem ſubſtantiam percupiens, primum quidem occidit patrem, deinde fratrem ex inſidiis præcipitem dedit, ſed cum eo ipſemet decidit. Unde Deorum providentia verſus uterque fuit in montem cognominem: Cithæron propter impietatem, furiarum fabula factus eſt: Helicon vero ob humanitatem, muſarum ſacrarium et domicilium.



Digitized by Google

## Γ.

### Ἔβρος.

α'. Ἔβρος ποταμὸς ἀπὸ τῆς Θρᾴκης, προσηγορίαν εἰληχὼς ἀπὸ τῆς συστροφῆς τῆς χαλαφορᾶς τοῦ ὕδατος. Κάσανδρος δὲ ὁ βασιλεὺς τῶν τόπων, γήμας Κρατονίκλω, ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς υἱὸν Ἔβρον· ἐπαναξάμενος δὲ τῇ συμβιώσῃ τὸ προτέρας γυναικὸς, ἐπέγημε τῷ παιδὶ Δαμασίππῃ τῇ Ἀτραϊκοῦ· ἥτις εἰς ἐπιθυμίαν ἐμπεσοῦσα τοῦ πατρόγυω, λόγους αὐτῷ περὶ συνόδων ἀπέστειλεν. Ὁ δ' ὡς Ἑρμιόνῃ φυγὰν τῷ μητρυιᾷ, προσπαίζει χαίρει χυμηλίαις. Ἀποτυχοῦσα δὲ τῆς προαιρέσεως ἡ ἀσελγὴς, κατεψεύσατο τοῦ σώφρονος, ὡς βιάσαιτο αὐτὴν θελήσαντος. Κάσανδρος δὲ τῷ ζήλῳ συμπαρεισελθὼν, μετ' ὁρμῆς ἐπὶ τὴν ὕλην ἦλθε, καὶ σπασάμενος τὸ ξίφος, ἐδίωκε τὸν υἱὸν, ὡς ἐπίβουλον τῶν πατρῴων γάμων. Ὁ δὲ υἱὸς περιπάλλακτος γενόμενος, ἑαυτὸν

B. 6. Θρᾴκης, προσηγορίαν εἰληχὼς—] Nexus ſententiæ oſtendit mutilum eſſe locum, et ſic ſupplendum, Θρᾴκης· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ῥῆβδος, τὴν προσηγορίαν εἰληχὼς—. Similiter locutus eſt auctor initio Capitis de Phaſide.

B. 7. ἀπὸ τῆς] Sic ex Baſileenſi repoſui, pro vulgato mendo ἐπό.

C. 5. κυνηγίαις] Ita bene correxit Mauſſacus mendum editionis Baſileenſis γυναιξίαις.

## III.

### Hebrus.

I. Hebrus fluvius eſt Thraciæ, denominationem nactus ab aquæ interlabentis vorticibus. Caſander illius regionis Rex, ducta Cratonice, genuit ex ipſa filium Hebrum, et repudiato prioris uxoris convictu, Damaſippem Atracis filiam ſuperduxit filio: cujus amore correpta de congreſſu ad ipſum verba perferenda curavit. At Hebrus novercam ut furiam fugiens, indulgebat venationi: hæc vero impura aberrans a propoſito, falſo accuſavit temperantem adoleſcentem raptus et ſtupri. Tum Caſander zelotypia concitatus ſylvam cum impetu ingrediens, diſtricto gladio filium perſecutus eſt tamquam paternarum nuptiarum temeratorem. Filius vero cum evadere nequiret, ſe-

Digitized by Google

ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Ῥόμβον, ὃς ἀπ' αὐτῆς Ἕβρος μετω-
D νομάσθη· καθὼς ἱστορεῖ Τιμόθεος ὁ ια' τῶν Περὶ Ποταμῶν.

β'. Ὄρος δὲ αὐτῷ παρόκειται Παγγαῖον, ἡ προσ-
ηγορίαν ἔχον δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ὁ Παγγαῖος Ἄρεως
καὶ Κριτοβούλης παῖς, τῇ θυγατρὶ κατ' ἄγνοιαν συγ-
γενόμενος, ἀθυμίᾳ συνεχθεὶς, ἔδραμεν εἰς Καρμάνιον ὄρος,
ᾗ λύπης ὑπερβολῇ ἀπαισάμενος τὸ ξίφος, ἑαυ-
τὸν ἀνεῖλεν· οἷς δὲ περίνοιαν θεῶν, ὁ τόπος μετωνομάσθη
Παγγαῖος.

γ'. Γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ τῷ περιρρυῆναι ποταμῷ
βοτάνη παρόμοιος ὀρίγανῳ, ἧς τὰ ἄκρα δρεψάμενοι
Θρᾷκες, ἐπιπθέασιν πυρὶ μὴ ἧττον τῆς δημητριακῆς
E τροφῆς, καὶ τῷ ἀναφερομένῳ ἀναθυμιάσει δεχόμενοι
ταῖς ἀναπνοαῖς, κραιοῦνται, καὶ εἰς βαθὺ ὕπνον καθα-
φέρονται.

δ'. Γεννᾶται δὲ καὶ ἐν τῷ Παγγαίῳ ὄρει βοτάνη

ipsum præcipitavit in fluvium Rhombum, qui ab eo Hebri nomen assumsit, ut refert Timotheus libro undecimo de Fluminibus.

II. Mons illi adjacet Pangæus, hanc denominationem ita sortitus. Pangæus Martis et Critobules filius cum insscius rem habuisset cum filia, et idcireo dolore premeretur, aufugit in Carmanium montem, et ob incredibilem tristitiam qua afficiebatur, ensem evaginans, sibi ipsi manus intulit violentas. Diis vero deinde ita volentibus locus ille cognominatus est Pangæus.

III. Nascitur in prædicto fluvio herba similis origano, cujus extrema decerpentes Thraces igni admovent, postquam cereali alimento satiati sunt: et exhalationem aut suffitum qui hinc oritur, crebris respirationibus haurientes inebriantur, et in profundum somnum conjiciuntur.

IV. Nascitur et in Pangæo monte herba Cithara nuncupata ob hanc causam. Illæ



Digitized by Google

Κιθάρα καλουμένη, ἀφ' ταύτῃ τὴν αἰτίαν. Διασπαρέξασαι τὸν Ὀρφέα, τὰ μέλη τῆ προειρημένῃ εἰς ποταμὸν ἔβαλον Ἕβρον· καὶ ἡ μὲν κεφαλὴ τῆ ὑπτῆ χῦ τὴν θέσιν ἀϊόντα, εἰς δεξόμενα μετέβαλεν τὴν μορφὴν τῆ σώματος· ἡ δὲ λύρα καθαρπάχθη, χῦ τὴν θεσπέσιον Ἀπόλλωνος· ἐκ δὲ τῆ ῥεύσαντος αἵματος ἀνεφάνη βοτάνη Κιθάρα καλουμένη. Τῶν δὲ Διονυσίων τελουμένων, αὕτη κιθάρας ἀναδίδωσιν ἦχον· οἱ δὲ ἐγχώριοι νεβρίδας φεβεβλημένοι καὶ θύρσους κατακῶντες, ὕμνον F ᾄδουσιν,

Καὶ τότε φρονήσεις ὅταν ἴσῃ μάτην φρονῶν·

καθὼς ἱστορεῖ Κλειτώνυμος ἐν τῷ γ' τῶν Τραγικῶν.

E. 5. Διασπαρέξασαι] Corrigendum Al διασπαράξασαι.
E. 8. τὸν μορφὴν τοῦ σώματος] Ita quidem locutus est auctor in Acheloo, sed alia in sententia. Nisi quid excidit, malim τὸν μορφὴν τοῦ σχήματος. Sed forte hæc diligentia non exigenda est ab isto homine.
E. 9. καταςηρίχθη] Malim καταςερίσθη, *inter fidera relata est*, ut vertit Natalis Comes. In vulgata defendenda non mihi quidem satisfacit Mauſſacus.
F. 1. κατακῶντες—φρονῶν] Ita recte emendavit Mauſſacus vitium Baſileenſe, ᾧ θύρσους, ὕμνον ἄδουσι· πρατοῦντες καὶ τότε φρονήσεις ὅταν ἴσῃ μάτην φρονῶν.
F. 3. Τραγικῶν] Verisimilis est suspicio Th. Reinesii V. L. i. 1. Θρακικῶν.

quæ Orpheum discerpserunt, ejus membra in fluvium Hebrum projecerunt, et capite mutato, integrum corpus mortui Draconis formam assumsit: Lyra vero ex Apollinis decreto non mutavit statum. At ex sanguine fluente orta est herba Cithara vocata, quæ dum peraguntur Bacchi sacrificia, sonum emittit citharæ: Indigenæ vero nebridibus, id est, pellibus hinnulorum, induti, et thyrsos tenentes hymnum canunt: cujus hæc sunt verba:

*Tunc que sapies cum eris in vanum sapiens.*

Ut refert Clitonymus lib. iii. Rerum Tragicarum.

Digitized by Google

## Δ.

### Γαγγης.

α'. Γάγγης ποταμός ὅθεν ἡ Ἰνδίας, τὴν προσηγορίαν λαβὼν δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἰνδῷ τις Καλαυρία νύμφη
3152 ἐγέννησεν υἱὸν κάλλει περίβλεπτον, τοὔνομα Γάγγην. Οὗτος καρηβαρήσας, τῇ μητρὶ καὶ ἀγνοίαν συνεγένετο τῇ Διοπιθούσῃ· ὁ δὲ μεθ' ἡμέρας παρὰ τῆς τροφοῦ μαθὼν τὴν ἀλήθειαν, ἀφ' ὕπνου ἐξαναστὰς, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Χλιαρὸν καλούμενον, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Γάγγης μετωνομάσθη.

β'. Γεννᾶται δὲ παρ' αὐτῷ βοτάνη ὁμοιοπλησία Βυγλώσσῳ, ἣν λειοτριβοῦντες, τὸν χυλὸν αὐτῆς τηροῦσιν, καὶ νυκτὸς βαθείας τὰς φωλεοὺς τῶν τίγρεων περιχρίουσιν· αἱ δὲ ἀφ' τὴν δύναμιν τῆς ἀκχυλίσης

A. 2. συνεγένετο τῇ Διοπιθούσῃ· ὁ δ' μεθ' ἡμέρας] Corrigendum, συνεγένετο. Τῇ δ' ἐπιούσῃ τῶν ἡμερῶν, ut acute perſpectum ab H Heringa apud Pierſon. ad Mœr. p. 472 Ita ipſe auctor loquitur in Euphrate p. 1162, D: Caico p. 1163, B. Delevi ex Latinis monſtrum illud *Diopitbuſæ*.

A. 8. λειοτριβοῦντες] Sic repoſui verbum huic auctori frequens Mauſſacus pro mendoſo Baſileenſi αἱ τρίβοντες.

## IV.

### Ganges.

I. Ganges fluvius eſt Indiæ, ita vocatus hac de cauſſa: Ex Indo Calauria quædam virgo genuit filium pulchritudine conſpicuum nomine Gangem: qui ſomno vinoque ſepultus cum matre concubuit per inſcitiam; ſed interdiu cum a nutrice rei veritatem didiciſſet, ob dolorem extremum, ſeipſum conjecit in fluvium Chliarum, qui ab eo Gangis nomen aſſumſit.

II. Naſcitur autem apud ipſum herba *Bugloſſo* ſimilis, quam conterunt, et ex ſucco expreſſo quem ſedulo ſervant, profunda nocte tigridum latibula circumlinunt: quæ cum progredi nequeant ob vim ef-



Digitized by Google

τερψίας, προχωρῆσαι μὴ δυνάμενας, ὑπὸσκουσιν· καθὼς ἱστορεῖ Καλλισθένης ἐν γ' τῶν Κυνηγετικῶν.

γ'. Παρέκειται δὲ αὐτῷ ὄρος, Ἀνατολὴ καλούμενον, B δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἀναξιβίαν νύμφην Ἥλιος θεασάμενος χωρίοις προσευκομένην, εἰς ἐπιθυμίαν αὐτῆς ἐνέπεσεν, καὶ μὴ τέλεον τὸν ἔρωτα, ἀπεδίωξε τὴν προειλημμένην βιάσασθαι βουλόμενος· ἡ δὲ τελευταίληπτος γενομένη, κατέφυγεν ὅπου τὸ τῆς Ὀρθίας Ἀρτέμιδος τέμενος, ὅπερ ἐν ὄρει Κορυφῇ καλουμένῳ, καὶ ἀφανὴς ἐγένετο· κατόπιν δὲ ἀκολουθήσας ὁ Θεὸς, καὶ μηδαμοῦ τὴν ἀγαπωμένην εὑρὼν, ἅμα λύπης ὑπερβολῇ ἐκεῖθεν ἀνέτειλεν· οἱ δὲ ἐγχώριοι τὴν ἀνατολὴν Ἀνατολὴν C μετωνόμασαν ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος· καθὼς ἱστορεῖ Καισμάρων ὁ δεκάτῳ Ἰνδικῶν.

A. 11. ψαμμίας] Hoc nihil, mutandum in ὑγρασίας. Sic auctor in Pactolo p. 1154, C. Turnebus recte vertit *profusi liquoris*, item Mauſſacus ſenſum aſſecutus eſt vertendo.
B. 3. χωρίοις] Corrigo χορῷς vel χορείαις, *choris* vel *choreis*, *ſaltationi deditam*.
B. 4. τὰς ἱρατας] Mauſſaci haec eſt correctio lectionis Baſilecenſis τῶν ἱρέτων.
B. 4. ἀπεδίωξε] Legendum ἐπεδίωξε. Sic in Capite de Pactolo p. 1154, D.

fuſi humoris, intus moriuntur, ut refert Callisthenes in tertio de Venatione.

III. Adjacet vero ipſi mons Anatole, id eſt, Oriens, dictus ob hanc cauſſam: Sol viſa Anaxibia virgine in agris opportune degente, ejus deſiderio correptus eſt, et cum amores ſuos tegere non poſſet, hanc vitiare volens, perſecutus eſt. Quæ undique comprehenſa aufugit in templum Dianæ Orthiæ quod erat in monte vocato Coryphe, id eſt, apice, et evanuit. Deus vero qui a tergo ſequebatur, cum dilectam ſuam non nanciſceretur, præ mœrore illinc ortus eſt: unde indigenæ montem Anatolen, id eſt, Orientem a caſu denominarunt: ut narrat Cæmaro decimo Rerum Indicarum.

Digitized by Google

## E.

### ΦΑΣΙΣ.

α'. Φάσις ποταμός ἐστι τῆς Σκυθίας, παρῤέων πόλιν· ἐκαλεῖτο δὲ τὸ πρότερον Ἀρκτοῦρος, τὴν προσηγορίαν εἰληφὼς ἀφὰ τὴν χωρισθεῖσαν τῶν κατεψυγμένων τόπων· μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. D Φάσις Ἡλίου καὶ Ὠκυρόης τῆς Ὠκεανοῦ παῖς, τὴν μητέρα μοιχευομένην ἐπαυτοφώρῳ κατακαίει, ἀνεῖλεν· κατὰ δὲ ἐπιφάνειαν Ἐριννύων εἰς ἔρωτα γενόμενος, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς τὸν Ἀρκτοῦρον, ἀπ' αὐτοῦ δὲ Φάσιν μετωνομασμένον.

β'. Γενᾶται δ' ἐν τῷ ποταμῷ ῥάβδος ὀνομαζομένη Λευκόφυλλος· εὑρίσκεται δὲ τοῖς μυστηρίοις τῆς Ἑκάτης περὶ τὸν ὄρθρον, πρὸς πανισμὸν ἔνθεον, αὐτῷ περὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἔαρος· ἣν οἱ ζηλότυποι τῶν ἀνδρῶν δρεπόμενοι, ῥίπτουσι περὶ τὸν παρθένιον θάλαμον, καὶ ἀπόθευ-

C. 7. πόλιν] Quam urbem? Ejus nomen excidiſſe nemini dubium erit comparanti ſimiles hujus auctoris locos initio Capitum de Pactolo, Marſya, Strymone, Nilo, Alpheo, Euphrate.

## V.

### PHASIS.

I. Phaſis eſt fluvius Scythiæ, præterfluens urbem; prius Arcturus denominatus: hanc denominationem a ſitu frigidorum locorum nactus: qui ideo mutavit nomen. Phaſis, Solis et Ocyroes Oceani natæ filius, matrem in flagranti adulterii crimine deprehenſam occidit, et furore propter Erinnyum præſentiam agitatus, ſeipſum præcipitem dedit in Arcturum, qui ab eo Phaſis nomen aſſumſit.

II. Naſcitur in hoc fluvio virga *Leucophyllus* dicta: quæ dum celebrantur Hecates myſteria, invenitur circa diluculum ad divinum Panis dei afflatum, in ipſo veris initio. Quam poſtquam hominum zelotypi collegerunt, circa thalamum virginalem jaciunt, ut puras conſervent nuptias.



Digitized by Google

τον τηρῶσιν τὸν γάμον. Ἐάν τις προπετέστερον ἀποσφαφῇ τῶν ἀσεβεστέρων, ἀφ' ὑβρίδην, καὶ εἰς τὸν τόπον εἰσέλθῃ, τῶν σωφρονούντων ἀφαρπάζεται λογισμῶν, καὶ εὐθὺς ὁμολογεῖ πᾶσιν ὅσα παρανόμως ἢ ἔπραξεν ἢ μέλλει πράττειν. Οἱ δὲ παρατυγχάνοντες, συλλαμβάνοντες, ῥίπτουσιν ἐμβεβυρσωμένον εἰς τὸ καλούμενον Στόμιον τῶν ἀσεβῶν. Ἔστι δὲ στρογγυλοειδὲς, φρέατι παραπλήσιον. Ἐκδίδωσι δὲ τὸ βληθὲν μεθ' ἡμέρας, εἰς τὴν Μαιῶτιν λίμνην, σκωλήκων γέμον. Γῦπες δὲ αἰφνιδίως ἐπιφανέντες ἀόρατοι, τὸ μὴ κείμενον ἁρπάζουσιν· ὡς ἱστορεῖ Κτήσιππος ὁ β' Σκυθικῶν.

γ'. Παρέκειται δὲ τὸ Καυκάσιον ὄρος· ἐκαλεῖτο δὲ τὸ πρότερον Βορέου κοίτη δι' αἰτίαν τοιαύτην. Βορέας δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν, Χλῶριν ἁρπάσας τὴν Ἀρκτούρου θυγατέρα, κατήνεγκεν εἴς τινα λόφον Νιφάντην καλούμενον, καὶ ἐγέννησεν ἐκ τῆς προειρημένης υἱὸν Ὕρπακα, F

D. 11. Ἐάν τις—μίδην] Legam, Ἐὰν δέ τις τῶν ἀσεβεστέρων προπετέστερον ἐπισφαφῇ, ἢ δι' ὑβρίδην εἰς τὸν τόπον, cet.
E. 8. τὸ μὲν κείμενον] Nisi quid excidit, corrigendum videatur τὸ ἐγκείμενον.

Quod si quis impurus ob ebrietatem insolentius accesserit, et ad hunc locum pervenerit, alienatur a mente, et statim confitetur coram omnibus quæcumque illegitima aut fecit, aut facturus erat. Qui vero prope adstant, eum corripiunt, et assutum corio projiciunt in *Stomium*, id est, hiatum Impiorum, quod rotundum, et puteo simillimum est, et projectum corpus post triginta dies in Mæotidem paludem ejicit vermibus refertum: vultures autem ex tempore a nemine antea percepti jacens cadaver discerpunt, ut testatur Ctesippus secundo Rerum Scythicarum.

III. Visitur et prope mons Caucasius qui prius hac de caussa Boreæ lectus vocabatur. Boreas amoris desiderio inflammatus, cum Chlorim Arcturi filiam rapuisset, in collem quemdam eam duxit Niphantem appellatum, et ex

Digitized by Google

τὸν Δφαδξάμθυον Ἡνιόχου τ βασιλείαν. Μετωνομάσθη δὲ τὸ ὄρος Κοίτη Βορέου. Προσηγορεύθη δὲ Καύκασος ἀφ' ὑπερίσασιν τοιαύτῃ. Μετὰ τὴν γιγαντομαχίαν Κρόνος ἐκκλίνων τὰς Διὸς ἀπειλάς, ἔφυγεν εἰς τὴν
1153 ἀκρώρειαν Βορέου Κοίτης· ᾗ εἰς κροκόδειλον μεταμορφωθεὶς ἕνα τῶν ἐγχωρίων ποιμένα Καύκασον ἀναπαύων, ᾗ καταπόησας αὐτῷ τὴν ἀφάθεσιν τῶν σπλάγχνων, εἶπεν ὑ μακρὰν εἰ) τὰς πολεμίους. Ὁ δὲ Ζεὺς ἐπιφανεὶς, τ μὲν πατέρα δήσας πλεκτῷ ἐρίῳ, κατεβαρτάρωσεν· τὸ δὲ ὄρος εἰς τιμὴν τῦ ποιμένος Καύκασον μετωνομάσας, προσέδησεν αὐτῷ τὸν Προμηθέα, ᾗ ἀνάγκασεν αὐτὸν ὑπὸ ἀετῦ βασανίζεσθαι, ὅτι παρεμύησεν εἰς τὰ σπλάγχνα· ὡς ἱστορεῖ Κλεάνθης ἐν γ' Θεομαχίας γεγραφώς.

A. 2. ἵνα τῶν ἐγχωρίων π. κ. ἀναπαύσῃ] Sequentia oſtendunt, nonnulla hic excidiſſe; quod non animadverſum Mauſſaco, neque ipſi adeo Th. Reineſio, bujuſmodi eſſe egregie aperuit T. Hemſterhuſius ad Luciani Prometh. p. 202, ut locus ita ſuppleatur: ᾗ εἰς κροκόδειλον ὁ Κρόνος μεταμορφωθεὶς ἐλαθεν· ὁ δὲ Προμηθεὺς ἵνα τῶν ἐγχωρίων ποιμένα Καύκασον ἀναπαύσῃ, ᾗ καταπόησας αὐτοῦ τὴν διάθεσιν τῶν σπλάγχνων, εἶπεν (forte εἶδεν) οὐ μακρὰν ε. τ. π.

A. 10. γεγραφώς.] Suſpectum mihi eſt.

ea habuit filium Hyrpacem, qui in regno Heniochi ſucceſſit, Mons autem, *Boreæ lectus* dictus eſt: et poſtea ob hanc cauſſam Caucaſus. Poſt Gigantum pugnam Saturnus Jovis minas declinans, in ſummum Boreæ lecti verticem fugit, et in crocodilum transformatus paſtorem unum ex indigenis Caucaſum interfecit, cognitaque viſcerum ejus conſtitutione, prædixit non procul abeſſe hoſtes. Jupiter vero cum apparuiſſet, patrem lana textili ligatum detruſit in Tartarum, et monti in honorem paſtoris Caucaſi nuncupato alligavit Prometheum, eumque tormentis affici voluit ab aquila internorum devoratrice, quod in viſcera peccaſſet: ut Cleanthes narrat tertio Theomachiæ, id eſt, de Deorum pugna.

Digitized by Google

δ'. Γενᾶται δ' ἐν αὐτῷ βοτάνη Προμήθειος καλουμένη, ἣν Μήδεια συλλέγουσα καὶ λειοτριβοῦσα, πρὸς ἀντιπαθείας τῶν πατρὸς ἐχρήσατο· καθὼς ἱστορεῖ ὁ αὐτός. B

ς'.

ΑΡΑΡ.

α'. Ἄραρ ποταμός ἐστι Κελτικῆς, τὴν προσηγορίαν εἰληφὼς ἀπό τοῦ ἁρμόσαι τῷ Ῥοδανῷ· καταφέρεται γὰρ εἰς τοῦτον, κατὰ τὴν χώραν τὴν Ἀλλοβρόγων. Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Βρίγουλος· μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἄραρ κυνηγεσίας χάριν εἰς ὕλην προχωρήσας, καὶ εὑρὼν τὸν ἀδελφὸν Κελτίβηρα ὑπὸ θηρίων ἀπλησμόνων, ἀφ' ὑπερβολὴν ἑαυτὸν καιρίως πλήξας, ἔβαλεν εἰς τὸν ποταμόν Βρίγουλον, ὃς ἀπ' αὐτοῦ μετωνομάσθη Ἄραρ. C

β'. Γενᾶται δὲ ἐν αὐτῷ μέγας ἰχθὺς Σκολόπιδος

B. 5. Ἄραρ—σκλήρης μειουμένης] Hæc, paucis omissis, exstant sub nomine Callisthenis apud Stobæum Serm. xcviii, p. 540. et seq.

B. 6. τῷ Ῥοδανῷ] Deest in exemplis Stobæi editis: at diserte exstat in MS. Paris. A. quem contulit H. Grotius.

C. 6. Σκολόπιδος] Stob. Κλουταῖα, nisi ad veritatem rectius, certe ad intellectum facilius, et redditum in Latinis a Mausfaco.

IV. Nascitur autem in ipso herba quam Prometheium vocant: ea, ut idem refert, excerpta et in farinam redacta adversus contrarias patris affectiones Medea usa est.

VI.

ARAR.

I. Arar fluvius est Galliæ Celticæ, qui denominationem accepit ex eo quod immiscetur Rhodano: in eum enim labitur juxta regionem Allobrogum. Brigulus primum dictus fuit: mutavit vero postea nomen ob hanc caussam: Arar venationis caussa sylvam ingressus, cum fratrem Celtiberum a feris dilaniatum offendisset, ob extremum dolorem se ipsum lethaliter feriens, decidit in fluvium Brigulum, qui ab eo Araris nomen sumpsit.

II. Nascitur in ipso magnus piscis ab indigenis Chu-

Digitized by Google

προσαγορεύόμενος ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων· οὗτος αὐξανομένης τῆς σελήνης λευκός ἐστιν· μειουμένης δὲ, μέλας γίνεται παντελῶς· ὑπεραυξήσας δὲ, ἀναιρεῖται ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀκανθῶν.

γ'. Εὑρίσκεται δ' ἐν αὐτῷ λίθος ἐν τῇ κεφαλῇ, χόνδρῳ παρόμοιος ἅλως, ὃς κάλλιστα ποιεῖ πρὸς τεταρ-
D ταίους νόσους, τοῖς ἀριστερῆς μέρεσιν τοῦ σώματος προσδεδημένος, τῆς σελήνης μειουμένης· καθὼς ἱστορεῖ Καλλισθένης ὁ Συβαρίτης ἐν ιγ' Γαλατικῶν, παρ' οὗ τὴν ὑπόθεσιν εἴληφεν Τιμαγένης ὁ Σύρος.

δ'. Παρέκειται δὲ αὐτῷ ὄρος Λούγδουνος καλούμενον· μετονομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Μώμορος καὶ Ἀτεπόμαρος ὑπὸ Σεσρονέως τῆς ἀρχῆς ἐκβληθέντες, εἰς τοῦτον τὸν τόπον πρὸς ἀγὴν τὸν λόφον πόλιν κτίσαι θέλοντες· τῶν δὲ θεμελίων ὀρυσσομένων, αἰφνιδίως κόρακες ἐπιφανέντες καὶ ἀμφιπερυσάμενοι, τὰ πέριξ ἐπλή-

C. 12. ἁλὸς] Hoc in Basileenſi deſideratum e Stobæo addidit Mauſſacus.
D. 1. προσδεδημένος] Stob. προσδεσμευόμενος.
D. 8. κατὰ πρόσαγὴν] Lego, κατὰ προσαγὴν χρησμῷ ἐλθὸν τὴν λόφον, πόλιν κτ. S. ut partim voluit T. Hemſterhuſius ad Ariſtoph. Plut. p. 208.

*ρεα* vocatus, qui ſecundum aucta lunæ albus eſt, ſecundum damna vero omnino niger: et cum in extremam crevit magnitudinem a propriis ſpinis confoditur.

III. Reperitur et in ejus capite lapis grumo ſalis ſimilis, qui ſenescente luna ſiniſtris corporis partibus applicatus febres quaternas ſanat, ut docet Calliſthenes Sybarita xiii. Rerum Gallicarum: a quo ſumſit argumentum Timagenes Syrus.

IV. Juxta ipſum adſtat mons dictus Lugdunus, qui hac de cauſſa mutavit nomen. Cum Momorus et Atepomarus a Seſeroneo regno dejecti, in eo colle, ex oraculi præcepto, urbem ædificare vellent, jactis jam fundamentis, corvi ſubito apparentes, expanſis alis arbores quæ circa erant replevere. Momorus

Digitized by Google

ρωσαν τὰ ἐνύδρα. Μώμερος δὲ οἰωνοσκοπίας ἔμπειρος ὑπάρχων, τ' πόλιν Λούγδαυον προσηγόρευσεν. Λοῦγον Ε γὰρ τῇ σφῶν διαλέκτῳ τὸν κόρακα καλοῦσιν. Δοῦνον δὲ τὸν ὄχθον· καθὼς ἱστορεῖ Κλειτοφῶν ἐν τῷ Κτίσεων.

## Ζ.

### Πακτωλος.

α'. Πακτωλὸς ποταμὸς ὑπὸ τῆς Λυδίας κατ' πόλιν Σάρδεις· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Χρυσορρόας. Χῖος ὁ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀπαθίππης παῖς, τὴν μηχανικὴν τέχνην ἀσκήσας, καὶ σπάνει βίου συνεχόμενος, νυκτὸς βαθείας τοὺς θησαυροὺς Κροίσου τοῦ βασιλέως ἀνέῳξεν, καὶ τὸν χρυσὸν ἐκκομίζων διεδίδου τοῖς οἰκείοις· καταληφθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν φρουρῶν, ὡς κατάληπτος γενόμενος,

E. 1. Λούγδυνον—Δοῦνον] Ita ex correctione ipſe ſua edidit Mauſſacus. In Baſileenſi exſtat Λύγδολον—Δοῦλον: quod auctori, quamvis falſum, relinquendum erat: ut recte Turnebus fecit.

E. 8. Χῖος] Qui uſu ac lectione hujus libelli cognoverit, quam ſit illius ſcriptor et infans et conſuetudinis ipſe ſuæ ſervus: ſi idem cogitet, quam ſit a ratione alienum a Chio nomen *Chryſorhoæ* fieri: is non dubitet quin ita fere ſcriptum fuerit,—πρότερον Χῖος, ἔπειτα Χρυσορρόας, τὴν προσηγορίαν λαβὼν δι' αἰτίαν τοιαύτην· Χρυσορρόας ὁ Ἀπόλλωνος—.

F. 4. ὡς κατάληπτος γενόμενος] Deleam, ut librario potius, quam auctori, quamvis balbutienti, tribuendum.

autem augurii callentiſſimus, civitatem Lugdunum vocavit: *Lugum* enim dialecto ſua corvum vocant: *Dunum* vero montem aut locum eminentem, ut refert Clitophon xiii. de Urbium Ædificationibus.

## VII.

### Pactolus.

